Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320220

10

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHIL. PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES SPOOR,

e pago Oss.

A. D. VENERIS XXVIII NOVEMBRIS A. MDCCCLI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. G. BROESE,
MDCCCLI.

TYPIS GIEBEN & DUMONT.

THESES.

I.

Justa causa non est mera voluntas facto declarata, sed est juris negotium.

II.

Fera quae in laqueum incidit a te positum non est tua.

III.

L. 1. Dig. in quibus caus. pign. tac. sensu restrictivo est accipienda, non producenda ad eos, qui ad reficiendum pecuniam aliudve crediderint.

IV.

Verbum »utrumque" in l. 30, § 1 Dig. de usurp. et usuc. significat »alterutrum."

V.

Art. 1639 alin. 1ª C. C. abundat.

VI.

Marito uxoris curatori, curator honorarius adjungendus est.

VII.

Alin. 2ª art. 845 C. C abundat.

VIII.

Male Consult. DE PINTO statuit: (*Handleiding tot het Burg. Wetb.* II, 103) bona legata vel donata conjugibus ambobus sub lucri et damni communione nuptis, in communionem cadere.

IX.

Facio cum Consult. LOKE (*Handboek voor Notarissen*, p. 51) dicente de mulcta alin. 2ª art. 24 leg. 9 Jul.

1842 de tabellionibus, imposita: »die bedreiging is »geheel vruchteloos; zij kan gerustelijk als niet ge»schreven worden beschouwd."

X.

Errant, qui ex art. 1239 C. C. deducunt, hypothecarum conservatori facultatem competere investigandi, an hypothecarum radiatio petatur ab iis qui ejus indulgendae jure utuntur.

XI.

Verificatio aeris alieni mercatoris, qui foro cessit, non irrita fit, omissis epistolis ad creditores mittendis ex art. 817 C. M.

XII.

In art. 774 C. M. spectatur tempus, quo de hypotheca convenerit, non inscriptionis.

XIII.

Ex art. 12 C. M. judex facultatem habet libros mercatorum totos investigandi.

XIV.

Contra libros proxenetarum potest probari.

XV.

Verba art. 38, 2° Leg. Jud.: »Mits de regtstitel »niet worde betwist" spectant solum ad verba: »Zelfs »in geval de rente, de huur, de pacht of de hoofdsom »der inschuld meer dan *f* 200 bedraagt.

XVI.

Exasperatio poenae, de qua loquitur art. 198 C. P. non obtinet in casu, quo officialis solus perpetraverit delictum.

XVII.

Adulterii persecutio non exstinguitur morte mariti.

XVIII.

Poena ex art. 339 C. P. irroganda mihi probanda non videtur.

XIX.

Conatus partus abacti puniri nequit ex art. 317 C. P.

XX.

Jurisconsultis CHAUVEAU et HÉLIE (*Théorie du Code*

Pénal I, 188) assentior, de societate delinquendi dicentibus: »l'interêt de la justice est qu'il y ait des rôles principaux et des rôles secondaires: la distribution de ces rôles sera moins facile, les dissensions des associés plus fréquentes.

XXI.

Art. 75 C. Qu. Crim. Gall. mihi art. 62 C. Qu. Crim. N. praeferendus videtur, in eo quod testes jusjurandum praestare debent.

XXII.

Minus probanda mihi videtur § 4ª art. 188 C. Qu. Crim. de delicti indicibus.

XXIII.

Non assentior Consult. DE BOSCH KEMPER (*Wetb. v. Strafv.* enz. I, 346) dicenti: falsam declarationem testium in praevia inquisitione criminali posse puniri ex art. 69 C. Qu. Crim.

XXIV.

Non indefinite eorum opinionem accipere possum: semper civitati esse praeferrendum, potius sumere pecuniam mutuam a civibus quam ab exteris.

XXV.

Facio cum consult. HOOFT-GRAAFLAND (*de Staatsschulden getoetst aan de beginselen der Staatshuishoudkunde* p. 152) dicente: »Van allen grond ontbloot is de »bewering van GENTZ en anderen, dat eene staatsschuld »eenen waarborg oplevert voor de inwendige rust des »lands."